

non potest: cum ipse dñs dixerit: Accipite sp̄m sc̄m: quorū remiseritis peccata: remissa erit; Ecce quia p̄sp̄m sc̄m peccata donantur; homines autem in remissione peccatorū ministerium suum exhibent: non ius alicuius potestatis exercerent; Neque enim in suo: sed in patris & filii & sp̄ss̄i nomine peccata dimittunt; Isti rogant: diuinitas donat; Humanum enim obsecrum: sed magnificientia: superne est potestatis. Per baptismū quoque peccata donari: non ē ambiguū; In baptismo autem operatio patris & filii & sp̄ss̄i est; Ergo si peccatum non habet sp̄s: cum scriptum sit: quis potest dimittere peccata nisi unus dñs? Utique qui non potest ab unitate naturalis nominis separari: non potest & iam ad ipsam potestate secerni; Si autem ad ipsam non secernitur potestate: quomodo ad ipsam appellatione secernitur? Videamus nunc utrum creatura sit a creatori; Sed cum supra creatorē evidentissime probauerimus: quia scriptum est: sp̄s diuinus qui fecit me: et innouari faciem terre p̄sp̄m: & sine sp̄u fatiscere omnia declaratus est. Apare et sp̄m creatorē; Sed quis hoc dubitat?